necesse est utunus quisque nostrum in hu-
militate se deprimat quantum sit electus igno
rat. Sine humilitate uirtus quaelibet et sine caritate
initium deputatur. quamuis summus sis te ne hu
militate minimum te fac omnibus nulli te prae
ponas existima omnes superiores tibi discende
ut ascendas humiliare et exaltaberis ne exaltatus
humiliaris. Quantum minor fueris tantum te sequitur
gloriae altitudo. Sanctus hieronimus dicit ad summitatem
uirtutum non potentia sed humilitate uenitur.
Sanctus gregorius dicit qui enim sine humilitate uirtutis
congregat in uento puluere portat. Sanctus augusti
nus dicit ille namque adtendit laudem dei et uerba o
ris mei cuius ceruice inclinat humilitas et non erigit
superbia. uirtus humilitatis non uerborum aelatione
sed mentis puritate requiritur. humiliamini in con
spectu domini et exaltauit uos qui enim sibi uilis est aput
deum magnus est sit quisque paruus in oculis suis ut
sit magnus in oculis dei quia humilitas praecedit gloriam

## de paenitentia

Dominus dicit facite fructos dignos paenitentiae
sed cuius dicit fructus dignus omnes qui in se pec
cantibus indulgit secundum quod petrus apostolus

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_556/0095